

Thracia cum moribus gentium.

Caii Iulii Solini:

Polyhistor. Caput X

In ea de gruibus, de hirundinibus, de Isthmo.

Nunc in Thraciam locus pergere, et ad ualidissimas Europae gentes uela uertere: quas qui fedulo experiri uelint: non difficulter deprehendent, Thracibus barbaris inesse contentum uitae, ex quadam naturalis sapientiae disciplina.

Concordant omnes ad interitum uoluntarium, dum nonnulli eorum putant, obuentium animas reuerti: alii non extingui, sed beatas magis fieri.

Apud plurimos luctuosa sunt puerperia: denique recens natum flentu parens excipit: contraxerunt lacrimae sunt funera, adeo ut exentis gaudiis prosequantur.

Vxorum numero se uiri iactitant, et honori loco indicatur multiplex matrimonium.

Quae feminae tenaces sunt pudicitiae, insiliunt defunctorum rogos coniugum, et quod maximum insigne ducunt castitatis, praecipites in flammam eunt.

Nupturae non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed quae prae aliis specie ualent, subhastari uolunt, et licentia taxationis admissa, non moribus nubunt, sed praemii: quae formae premit dedecus, dotibus emunt, quibus coniungantur.

Uterque sexus epulantes, focos ambiunt, herbarum, quas habent semine ignibus superiacto: cuius nidore perculti, pro laetitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis.

Deritu ista sunt: de locis et populis, quae sequuntur.

Strymonem accolunt dextro latere Denselatae: Bessorum

quoque multa nomina ad usque Nestum amnem, qui radice Pangaei circumfluit.

Hebrum Odrysarum solum fundit, qui fluvius excurrit inter Priantam, Doloneo, Thyno, Corpilo, aliosque barbaros tangit, et Liconas. Deinde Haemus sex millibus passuum arduus, cuius aversa Moesi, Getae, Sarmatae, Scythae, et plurimae insidunt nationes. Ponticum litus Sithonia gens obtinet, quae, nato ib Asphero uato, inter principes indicatur: quae quae sine sacrorum, sive cantuum, secreta in Sperchio promontorio agitasse tradunt.

Deinde stagnum Bisbonium, nec longe regio Maronea, in qua Tirida oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum: sed cessit aeno, solumque turris vestigium adhuc durat.

Unde non procul urbs Abdera, quam Diomedis, soror, condidit, et a se sic vocavit.

Mox Democriti domus physici: ac, si verum rineret, ideo nobilior. Hanc Abderam, Olympiade prima et tricesima senio collapsam, Clazomenii ex Asia ad maiorem faciem restitutam, oblitteratis, quae praecesserant, nomini suo vindicaverunt.

Locum Doricon illustrem reddidit Xerxis adventus: quod ibi recoluit militis sui numerum.

Polydori tumulum ostendit Aenus in parte, quam aratores Scythae celebrant.

Quondam urbem geraniam, Cathizon barbari vocant: unde a greibus Phygmacos ferunt pulsos.

Manifestum sane est, in septentrionalem plagam hieme grues frequentissimas conuolare.

Nec pignerit meminisse, quatenus expeditiones suas dirigant.

Sub quodam militiae eunt signo, et ne pergentibus ad destinata vis flatuum renitatur, arenas deorant, sublatisque lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur.

Tunc contendunt in altissima, ut de excelsiore specula metentur, quas petant terras.

Fidens meatu praecit cateruas: volatus desidia castigat uoce, quae cogit agmen: ea ubi obtruncata est, succedit alia.

Pontum transiturae angustias captant: et quidem eas, nam promptum est oculis deprehendere, quae inter Tauricam sunt et Paphlagoniam, id est, inter Carambin, et Κριόν ἡττωνον, Quum contra medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant.

Ita nautae prodiderunt, compluti saepe ex illo casu in bre saxatili.

Arenas non prius renouant, quam securae sedis suae fuerint. Concors cura omnium pro fatigatis adeo, ut, si quae defecerint, congruant universae, lassatasque sustollant, usque dum uires otio recipere.

Nec in terra cura segnor.

Excubias nocte diuidunt, ut ex somno si decima quaeque.

Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quae, si forte exciderint, somnum coarguant.

Quod cauendum erit, clangore indicant.

Aetatem in illis prodit color: nigrescunt senectute.

Veniamus ad promontorium Ceras Chryseon Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictum: quod a Dyrrachio abest septingentis undecim millibus passuum: tantum enim patet inter Adriaticum mare, et Propontidem.

In Ceniensi regione non longe a Flaviopoli colonia Bizye oppidum, quondam arx Terei regis inuisum hirundinibus, et deinceps alitibus illis inaccessum: quamquam et Thebas, quod illa moenia saepius captasint, negentur subire.

Nam inter caetera, habere illas quiddam praescium, inde noscitur, quod lapsura non petunt culmina, et aspernantur peritura quoquo modo tecta.

Minime certe diris auibus impetuntur, nec unquam praeda sunt, ut sacrae.

Cibos non sumunt resistentes, sed in aere capiunt escas, et hauriunt.

Alter isthmus in Thracia est similibus angustiis, et pari latitudine arcti maris, cuius litora urbes utrinque secus ostentant.

Propontidis oram insignit Paetge, Melanem sinum Cardia; quod in cordis faciem sita sit, dicta Cardia est.

Omnis Hellepontus stringitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticam plagam vindicat.

Hic quoque urbes duae, Abydos Asiae est, Sestos Europae.

Deinde contraria inter se promontoria: Mastusia Cherronesi, ubi sinitur Europae sinu tertius.

Finibus Thraciae a septentrione Ister obtenditur, ab oriente Pontus ac Propontis, a meridie Aegaeum mare.